

donner le moyen à un clerc de parfaire ses études (1), etc.

De ces explications il ressort, si je nem'abuse, que l'aumônerie du pont du Rhône était complètement étrangère

---

tulo ecclesie Lugdunensis supplicatur humiliter pro parte Symonde, pauperrime filie maritande Petri Bogeyn alias Ruffi de Charpieu pauperis hominis et subdicti predicte Lugdunensis ecclesie, quod cum ipse Petrus Bogeyn dictam Symondam, ejus filiam et supplicantem, convenerit et promiserit maritare per verba de futuro, Deo mediante, et dare in uxorem et sponsam legitimam cuidam bono et probo homini, prout in talibus est fieri consuetum, ipseque Petrus Bogeyn, pater dictae filie supplicantis, non habeat unde nec de quibus emere vestes nupciales ipsius pauperrime filie supplicantis neque alia dictarum nupciarum futurarum onera supportare, nisi de vestris benignis et aliorum benefactorum elemosinis; quare Dei amore et intuitu pietatis eidem Symonde pauperrime filie de vestris piissimis et benignis elemosinis in hiis in quibus dominacionibus vestris videbitur faciendum dignemini erogari, et ipsa filia pauperrima et supplicants et sui, quamdui vixerint et fuerint in humanis, Deum pro vobis bonoque statu vestro et ecclesie vestre predicte devote exorabunt.

« Petrus de Montejoco, decanus, et capitulum prime Lugdunensis ecclesie et comites, dilecto nostro domino Andree Pererii, elemosinario magne elemosine ecclesie nostre, salutem. Vobis mandamus quatenus de blado dictae elemosine nostre tradatis et deliberetis supradicte pauperi supplicant seu Johannete ejus matri, nomine dictae filie supplicantis, videlicet duas asinatas siliginis, quas sibi dedimus amore Dei et intuitu pietatis ex causa in supradicta supplicatione contenta, et nos rapportando nobis presentes cum confessione dictae Johannete matris, dictas duas asinatas siliginis volumus in vestris computis allocari. Datum in capitulo nostro, die sabbati XIX mensis novembris, anno Domini millesimo CCCC<sup>o</sup> septimo. — Concess. ad relationem domini cantoris. Fran. Humberti.

« Supradictus Petrus Bogeyn confessus se habuisse et recepisse a supradicto elemosinario supradictas duas asinatas siliginis. — Fran. »  
(Arch. départem. du Rhône, Arm. Adam, vol. I, p. 2.)

(1) V. *Ibid.*